



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

VI. Vtrùm gratia excitans in intellectu sit, & quæ sit neceßitas, vel munus
etus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

hos primos actus non semel tantum in vita esse necessarios, sed singulis temporibus, diebus, seu horis, in quibus mens incipit ad nouum supernaturalem actum moueri postquam prior excitatio, & cogitatio omnino cessauit, ita ut neque ipsa, neque virtus eius manserit. & hac ratione sapientissime hac prima gratia excitante indigemus. Deinde addimus etiam si mens iam inciperit operari, uel etiam deliberare, aut consentire, Deum saepe immittere nouas illustrationes, & inspirationes, uel ut intellectus melius, & clarius rem apprehendat, uel ut maiori firmitate iudicet, uel plura intelligat, & penetret, uel ut uoluntas magis afficiatur maiori cum suauitate, & delectatione operando, & isti omnes motus praeueniunt usum libertatis, ut per se patet. Addendum uero est post primam cogitationem, & motionem posse etiam subsequi aliquam liberam applicationem mentis ad maiorem considerationem rei per illam primam cogitationem propositae. Quia ordinario, & humano modo procedendo inter illam primam cogitationem, & consensum, uel dissensum planè deliberatum intercedit aliquod tempus in quo uoluntas iam excitata per primam cogitationem, & diuina gratia adiuta potest uel applicare intellectum, ut ex illa primam cogitationem magis inquirat, & discurrat, uel auertere alias cogitationes, quae illam primam possunt impedire. Hoc enim & est consentaneum connaturali modo procedendi hominis in suo discursu, & progressu mentis, & non repugnat gratiae, ideo est ualde consentaneum suauitatis eius motioni, ideoque nullam cooperationem liberam impedit quam uoluntas per gratiam reparat possit adhibere. Quod ex antiquis notauit Alensis 3. p. q. 30. alias 61. memb. 3. art. 4. §. *Ad aliud*, & ex modernis Molina in Concord. disput. 34. & ideo in assertionem limitatè loquutus sum de actibus purae gratiae excitantis, quia illi soli sunt simpliciter necessarij: cum illis autem misceri possunt considerationes, uel uolitiones, aut affectiones liberae, quae iam non sunt ex sola gratia excitante, sed etiam ex adiuuante, ut infra dicemus.

Addendum
primò.

Addendum
secundò.

Alens.

Ad rationem
dubitandi
sup. a. i.

Ad secundam.

Psal. 84. 5.
Thren. 5. 2.
Psal. 79. 4. 8.
15. 20.
Psal. 118
59. 79.

Ad tertiam.

Ad primam ergo rationem dubitandi in principio positam respondetur, hos actus gratiae excitantis praecise spectatos non conferre quidem ad salutem tanquam per se meritorios vitae aeternae, neque tanquam dispositiones proprias, quibus homo iste moraliter se ad iustitiam disponit; nihilominus tamen conferre multum, ut per eos Deus inchoet in nobis opus gratiae preparando uoluntatem, & initium bonae uoluntatis illi conferendo, quod sine usu libertatis optime fit.

Ad secundam negamus Sanctos postulare à Deo hanc gratiam excitantem, contrarium enim constat experimento omnium, qui sapienter, & secundum fidem orare didicerunt. Et in Scriptura ejusmodi petitiones saepe leguntur, huiusmodi enim sunt illae orationes, *Conuertere nos Deus salutaris noster*, Psal. 84. *Conuertere nos Domine, & conuertemur*, Thren. 5. & saepius in Psal. 79. *Deus conuertere nos*. Et in Psal. 118. omnes illae petitiones, *Reucla oculos meos, da mihi intellectum*, inclina cor meum in testimonia tua, sunt de hac gratia excitante, & ad eandem pertinet illud, *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum*. Et eandem postulat saepe Ecclesia in orationibus publicis, ut supra ueluti ex collectis Dominicae 24. post Pentecostem, & Dominicae 2. Aduentus.

Ad tertiam respondetur gratiam excitantem simpliciter, & per antonomasiam dictam esse illam, quae fit in nobis sine nobis uel diximus, & ideo non omnis excitans alium, etiam si supernaturalis sit, ex gratia factus dicitur gratia excitans, si sit actus deliberatus, & humano ac morali mo-

do factus. Tum, quia talis actus est effectus gratiae adiuuantis, & cooperantis; tum etiam, quia huiusmodi actus non computantur propriè inter auxilia gratiae, sed potius sunt fructus auxiliorum gratiae: tum denique, quia haec actus non dantur per se primò, ut excitent ad alios, sed per se, ac propter se donantur; consequenter uero habent vim excitandi: gratia autem excitans propriè datur ad illa, quae per se primò datur ad hoc munus, & per modum auxilij ad alium similem deliberatum, esse gratiam excitantem respectu alterius actus subsequentis, & ideo, ut sic, non tribui homini, sed soli Deo, quia homo non excitat seipsum, sed quod spectat ad appellationem gratiae excitantis, non est contendendum de nomine, nam in bono sensu potest admitti, cum reuera prior actus gratiae deliberatè factus possit ad subsequenter excitare, dummodo non negetur differentia talis actus à propria, & pura gratia excitante, quam explicuimus. Et tamen modò quòd vnus ex his actibus excitat ad alium, non uideo, cur non possit hoc tribui tali actui, ut ab homine sit cum auxilio Dei, quia illa excitatio non est necessaria, & quasi ab extrinseco; sicut est altera, quae fit per proprios motus gratiae excitantis, sed est libera; ergo est non tantum à Deo, sed etiam ab homine, unde propriè etiam dicitur homo excitare seipsum, uel per se in naturalibus actionibus, uel per auxilium Dei in supernaturalibus; sicut enim vnus corpus ab alio mouetur, potest mouere aliud ita homo excitatus à Deo potest ulterius excitare seipsum, & ad hoc utimur consideratione, & meditatione rerum aeternarum, ut nos ipsos cum diuina gratia ad bene operandum excitemus. Non tamen erit idem si Deo potest uerbo uocandi utamur, qualicet uocatio etiam sit excitatio, non tamen omnis excitatio est uocatio. Unde etiam uerbum uocandi specialius est, quam excitandi; nam illud propriè refertur ad alium, & ita in presenti significat primam Dei excitationem: uerbum autem excitandi non includit illum respectum, & dici potest de quacumque motione ad subsequenter actum, quae ex vi precedentis sit. Et est simile de uerbo operandi; nam homo propriè dicitur imperare sibi ipsi: imperium autem quoddam excitatio est, & in supernaturalibus actibus media prudentia infusa locum habet.

CAPVT VI.

Verum gratia excitans in intellectu sit, & quae sit necessitas, uel munus eius.

Um in superioribus dictum sit initium interioris gratiae ab excitante auxilio desumi, tanquam certum supponimus hanc gratiam esse in intellectu, imò & in illo primitus inchoari, ut satis significauit Conc. Trid. sess. 6. c. 5. docens uocationem fieri tangente Deo cor hominis per Spiritum sancti illuminationem; illuminatio enim interna & spiritualis ad intellectum pertinet, & in illo fieri necesse est, idemque multis aliis testimonijs statim confirmabimus. Præterea est hoc manifestum in primis ex naturali subordinatione potentiarum animae, nam inter eas praecedit intellectus, sine cuius motione non potest uoluntas moueri, nisi ab aliquo extrinseco agente, uel objecto excitetur; ergo prima excitatio necessariò debet in intellectu praecedere. Atque hoc modo explicuit necessitatem hanc gratiae excitantis D. Th. 1. 2. q. 109. art. 2. ad 1. & q. 24. de uerit. art. 14. & 15. Si tamen generaliter haec ratio sumatur, non solum probat necessitatem

fariam esse prætiā excitatiōem in ordine actū gratiæ, sed etiam in ordine naturalium actuum, & ita illum discursum confirmat D. Thom. auctoritate Aristot. lib. 7. Ethic. ad Eundem. cap. 18. de bona fortuna, ubi sentit voluntatem humanam non ita esse dominam suorum actuum, quin saltem in prima cogitatione indigeat moueri ab alio, quia non potest mouere seipsum ante cogitationem, & consequenter neque potest intellectum ad primam cogitationem mouere: oportet ergo ut ab alio moueatur; & quia omnes causæ inferiores subordinantur prouidentia diuinæ, talis excitatio etiam in naturali ordine principaliter in Deum reducitur, ut in lib. 2. explicauimus. Quamuis autem hæc ratio, ut dixi, ad utrumque ordinem gratiæ, & naturæ communis sit, unicuique est cum proportionem applicanda, quia motio primi mouentis est accommodata ultimo fini: per gratiam autem mouetur homo ad finem naturam superantem, ergo prima motio quæ per excitatiōem fit, esse debet per motiōem eiusdem ordinis, & quæ à Deo auctore gratiæ procedat. quo discursu utitur etiam D. Thomas. 1. 2. q. 69. art. 6. dicens, cum Deus conuertat omnia ad seipsum, homines tamen conuertere ad se, ut ad specialem finem cui intendunt, & cui cupiunt adherere sicut bono proprio, secundum illud Psalm. 72. *Mihi adherere Deo bonum est.* Et dicta q. 24. de verit. art. 15. id declarat, quia modus præparationis, & conuersionis ad Deum ut supernaturalem finem est homini naturaliter ignotus, & ideo necesse est, ut ad illum assequendum speciali modo diuinitus dirigatur, & gubernetur, quæ directio per sanctam cogitationem inchoatur.

& ut credamus, siue extrinsecus per Euangelicæ exhortationes, ubi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonet hominem infirmitatis suæ, ut ad gratiam iustificantiem credendo, confugiat, siue intrinsecus ubi nemo habet in potestate, quid ei veniat in mentem, sed consentire, vel dissentire propria voluntatis est. Atque eodem modo D. Prosper libro 2. de vocat. gent. cap. 25. & 26. & libro contra Collatorem explicat hanc gratiam excitantem nostra cognitione incipientem partim per extrinseca objecta, vel signa, partim per internam reuelationem, vel monitionem.

Quamuis autem ut dixi, excitatio hæc interior possit ab externa separari per virtutem gratiæ, quia Deus in actione sua non penderet a sensibus, sed potest virtute sua immediate immutare mentem, & loqui ad cor hominis, nihilominus exterior excitatio ab interiori non separatur: nam si vox, vel alia species sensibilis perueniret ad sensum, & non attingeret intellectum, cumque admoneret, non posset talis motio externa inter auxilia gratiæ computari, quia nullum adiutorium ad bene operandum præberet. Deinde circa priorem excitatiōem merè internam aduertendum est, licet posset à Deo fieri per species supernaturales, & infusas, vel per accidens, vel etiam per se, nihilominus regulariter & secundum ordinariam legem non ita fieri, sed mouendo, & excitando species a sensibus acceptas ad aliquid salutare cogitandum, quod intellectus facere sua voluntate non posset. Quod si interdum Deus præbet nouas species, in eo supplet vicem sensibilibus objectorum, & cum per eas non eleuetur homo ad cogitandum sine dependentia à phantasmatis, necesse est, ut cum eis dentur phantasmata proportionata, imò verisimile est talem impressionem specierum à phantasia incipere, & illa mediante ad intellectum transire media affectione intellectus agentis, quia in his operibus gratiæ non multiplicat Deus miracula non necessaria, sed ubi commodè fieri potest, naturalem ordinem seruat. Vbi autem hæc impressio specierum per diuinam actionem antecedit, licet ad beneficia gratiæ pertineat, quia supernaturalis est saltem in modo, non est tamen interna gratia excitans, sed potius ad exteriorē gratiam spectat, quia per se, & ex natura sua per sensibilia objecta fieri posset. Vnde à contrario dicendum est, quod licet per externas voces, aut signa imprimantur species, quæ possunt etiam in intellectu aliquam naturalem cogitationem excitare, nihilominus illa non pertinet ad proprium internum auxilium gratiæ excitantis, quia illa cogitatio reuera fit solis viribus naturæ, & solum ea quadam exteriori gratia, quæ est quasi plantatio, & rigatio, de qua dixit Paulus, *Neque qui plantat, est aliquid, neque periret, qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Item illa cogitatio est à nobis quasi ex nobis, sicut aliæ cogitationes naturales, quia propria virtute intellectus fit, solumque requirit impressionē specierum, quæ à talibus objectis sensibilibus naturaliter etiā fit: at verò pia cogitatio, quæ est gratia existens, talis est, ut ad illam non sumus sufficientes ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo esse debeat. Denique gratia, quæ datur ad illā cogitationē, non transcendit legē, vel doctrinā, vnde Pelagius (ut in lib. 1. & 3. sæpe aduertimus) in hoc sensu etiā admitteret excitantē gratiam, & inspirationē, Augustinus verò contra illam vrget, exigendo iuxta Scripturas, altiorē gratiam excitantem, quam internam doctrinam, & occultam gratiam vocat, ut videre licet in toto lib. de Grat. Christi, & aliis frequenter, (ut ita rem explicem) etiam est interna, & spiritalis cogitatio, quæ diuina virtute fit in intellectu, & ab intellectu mediis

Prosper

Assertio 2. Exterior excitatio ab interiori non separatur regularetur.

Notatio 1. Excitatio merè interna, quæ a sensibus, & species sensibilis a sensibus.

In operibus gratiæ Deus non multiplicat miracula non necessaria, sed ubi commodè fieri potest, naturalem ordinem seruat. Vbi autem hæc impressio specierum per diuinam actionem antecedit, licet ad beneficia gratiæ pertineat, quia supernaturalis est saltem in modo, non est tamen interna gratia excitans, sed potius ad exteriorē gratiam spectat, quia per se, & ex natura sua per sensibilia objecta fieri posset. Vnde à contrario dicendum est, quod licet per externas voces, aut signa imprimantur species, quæ possunt etiam in intellectu aliquam naturalem cogitationem excitare, nihilominus illa non pertinet ad proprium internum auxilium gratiæ excitantis, quia illa cogitatio reuera fit solis viribus naturæ, & solum ea quadam exteriori gratia, quæ est quasi plantatio, & rigatio, de qua dixit Paulus, *Neque qui plantat, est aliquid, neque periret, qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Item illa cogitatio est à nobis quasi ex nobis, sicut aliæ cogitationes naturales, quia propria virtute intellectus fit, solumque requirit impressionē specierum, quæ à talibus objectis sensibilibus naturaliter etiā fit: at verò pia cogitatio, quæ est gratia existens, talis est, ut ad illam non sumus sufficientes ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo esse debeat. Denique gratia, quæ datur ad illā cogitationē, non transcendit legē, vel doctrinā, vnde Pelagius (ut in lib. 1. & 3. sæpe aduertimus) in hoc sensu etiā admitteret excitantē gratiam, & inspirationē, Augustinus verò contra illam vrget, exigendo iuxta Scripturas, altiorē gratiam excitantem, quam internam doctrinam, & occultam gratiam vocat, ut videre licet in toto lib. de Grat. Christi, & aliis frequenter, (ut ita rem explicem) etiam est interna, & spiritalis cogitatio, quæ diuina virtute fit in intellectu, & ab intellectu mediis

1. Cor. 3. 2

D. 1. 2. 3.

Species

Confirmatio et doctrina Augustini

1. Cor. 3.

Augustinus

lib. 2.

lib. 2.

speciebus ab interioribus signis intellectus impressis.

Affectio 3.
Munus &
necessitas
gratiæ exci-
tantis colli-
gitur ex di-
ctis.

Ex his ergo satis declaratum relinquitur munus, & necessitas huius gratiæ, quatenus ad intellectum pertinet. Nam munus illius, quæ vox ipsa præ se fert, est actu mouere, & mouere hominem, vt rebus diuinis, & supernaturalibus afficiatur: necessitas autem partim prouenit ex ea generali ratione, quod homo non potest seipsum ad primam cogitationem mouere, partim ex potentia naturali hominis ad res supernaturales cognoscendas, propter quam necesse est, vt illa prima motio ex gratia procedat, & vtrumque significatum est ab auctore libri de Ecclesiast. dogmat. cap. 20. dicente. *Manet ad salutem querendam libertas arbitrij, sed mouente prius Deo, & mouente ad salutem, & ita initium salutis Deo operante habemus, & eandem sententiam continent, quæ supra ex Augustino retulimus, præsertim in q. 2. ad Simplician. vbi in fine addit. Voluntas nisi aliquid occurrat, quod inuitet animam, moueri nullo modo potest.* Hac ergo de causa præcedere excitationem in intellectu necesse est.

Dubium.

Affectio 4.
Non sufficit natura præcedit, dubitare quis potest, an præ-
apprehensio, sed re-
quiritur iudicium im-
perfectum.

Quoniam verò in intellectu apprehensio & iudicium inuenitur, inter quæ apprehensio ordine natura præcedit, dubitare quis potest, an præ- apprehensio tantum consistat, vel etiam iudicium requirat. Respondetur nec sufficere apprehensionem solum, quæ non includat aliquam cogitationem rei apprehensæ, & consequenter iudicium aliquod, licet imperfectum, neque etiam requiri iudicium perfectum, & consummatum, quod cum perfecta cognitione, & deliberatione fit. Ratio prioris partis est, quia hæc excitatione talis esse debet, vt possit in voluntate aliquem effectum commouere, nam ad hunc finem datur, vt ex dictis allegatis Concilijs, & Patribus constet. Ad mouendum autem effectum, non sufficit quælibet apprehensio, sed necessarium est aliquale iudicium, vt nunc suppono. Ratio verò alterius partis est, quia ad primum motum voluntatis non requiritur perfectum iudicium: hæc autem excitatione intellectus satis est, vt proximè moueat voluntatem ad aliquem motum indeliberatum, qui solet primus appellari. Item perfectum iudicium de se supponit voluntatem applicantem intellectum vel ad perfectè considerandum, vel etiam ad ipsum iudicium ferendum; ergo non oportet vt tale iudicium præcedat in intellectu per modum puræ gratiæ excitantis, sed satis est, quod præcedat illa cogitatio, quæ ad inuitandum voluntatem sufficiat, & vt illa posita possit etiam voluntas applicare intellectum ad melius considerandum, quod facere poterit adiuuante gratia, quæ iam non erit purè excitans, vt ex dictis in superioribus declaratum relinquitur.

Ratio pri-
mæ partis.

Ratio secun-
dæ partis.

CAPVT VII.

*Verum gratia excitans in voluntate sit, &
qua sit necessitas, vel munus eius.*

1.
Status qua-
stionis &
ratio dubi-
tandi.

Ex dictis in præcedenti capite colligere aliquis potest excitantem gratiam in intellectu tantum, & non in voluntate esse necessariam: con- sequens autem non videtur admittendum; ergo. Sequela probatur, quia tota illa necessitas fundata est à nobis in subordinatione voluntatis ad intellectum; ex illa verò solum colligitur necessariam

esse excitationem intellectus, quia illa posita potest voluntas se mouere, etiam ab alio in seipsa non excitetur. Confirmatur, ac declaratur, quia motus voluntatis, quicunque ille sit, supponit in intellectu sufficientem cogitationem ex necessaria, & quasi essentiali subordinatione: motus autem perfectè deliberatus voluntatis non habet hanc necessariam subordinationem, vel dependentiam à motu indeliberato, vt illum necessariò supponere debeat; ergo potest esse in voluntate motus gratiæ adiuuantis, seu cooperantis, qui sit plenè liber, & supernaturalis, etiam si in ipsamet voluntate non præcedat motus indeliberatus gratiæ excitantis. Quod autem sequela admittenda non sit, probatur, tum quia Concilia explicant hanc gratiam excitantem nomine inspirationis, & hanc dicunt esse necessariam: inspiratio autem motum voluntatis significare videtur, quem eadem Concilia tactum cordis vocant, tum etiam, quia videtur inde sequi error Pelagij, qui dicebat præuenientem gratiam necessariam ad bene operandum, tantum esse legem, & doctrinam. At verò si gratia excitans solum est cogitatio intellectus, solum deseruit per modum doctrinæ reuelantis, & proponentis voluntati bonum, quod amandum est.

In hoc puncto videri potest alicui non esse inconueniens concedere, excitantem gratiam non esse necessariam in voluntate, id enim iudicare videtur Alexander Alenf. 3. p. q. 61. mem. 6. art. 3. alias 7. memb. 3. dicit enim excitare liberum arbitrium esse effectum gratiæ. tamen quia liberum arbitrium est facultas voluntatis & rationis, excitare pertinere ad rationem, iustificare autem ad voluntatem. Vbi excitationem tribuit soli intellectui, & inter illam excitationem, & illum motum voluntatis, quo iustificamur, non videtur postulare aliquem motum indeliberatum voluntatis. Neque alij antiqui Scholastici, neque ipse D. Thom. aliquid de necessitate horum motuum indeliberatorum gratiæ, quæ in voluntate præcedere debent nobis, expressè crediderunt. Præterea non videtur hæc sententia aliena à mente Conc. Trid. nam licet illuminationem, & inspirationem nominet, indicat tamen esse eandem motionem, sicut enim ait in dicto c. 5. *Tangente Deo cor hominis per Spiritum sanctum illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, vbi quam vocauerat illuminationem, postea inspirationem vocat, & de illa vt de singulari motione loquitur.* Et ideo in Can. 3. ex parte gratiæ excitantis ac præuenientis solum inspirationem requirit, ad actus iustificationis: non omisit autem illuminationem, si illa esset distincta motio, cum sit maximè necessaria. Idemque argumentum sumi potest ex Concil. Arausic. c. 5. & 6. *Araus. vbi solum inspirationem requirit, cum tamen in 7. illuminationem, & inspirationem appellet. Videtur ergo eadem facta cogitatio vocari illuminationem quatenus afficit intellectum; inspiratio verò quatenus inuitat, & metaphoricè attrahit voluntatem.* Vnde etiam sumitur coniectura, quia per actum intellectus sufficienter excitatur ipsa voluntas motione, seu tractione metaphorica. Non ergo est necesse, vt excitetur quasi formaliter per inhærentem motum.

Neque etiam videtur ab hac sententia alienus Aug. nam in multis locis, quæ iam allegauimus, *Aug. 1.* necessitatem gratiæ excitantis ad sanctam cogitationem reuocat, vt lib. de prædest. Sancto. c. 2. & de bono perseuer. c. 8. Illam ergo censet esse sufficientem in ratione excitationis, vt in lib. de Grat. Christi, c. 13. vocat illam internam doctrinam, dicens, *Si doctrina dicenda est, certè sic dicatur, vt alius, & interius eam Deus cum ineffabili suauitate credatur infundere*